



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1740. usque ad annum 1742

**Fleury, Claude**

**Augustæ Vindelicorum, 1787**

**VD18 90119649**

§. 25. Status Missionum in Indiis Orientalibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67882](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67882)

Sæc. XVIII.  
A. C. 1741.

„cesibus Ritus Slavo-latinus viget, com-  
mittimus atque injungimus, ut pro  
„zelo & sollicitudine, qua tenentur eos  
„creditis sibi ovibus præesse & sacro-  
„rum Ecclesiæ Rituum integritati  
„vigilare, sedulam exactamque hujus-  
„Nostræ voluntatis ac districti præcepti  
„executionem curent atque urgeant  
„ac novitates omnes, irreptosque quo-  
„libet abusus eliminent, adhibitis e-  
„caciioribus remediis a sacris Canonibus  
„in pervicaces & refractarios indictis  
„milia vero successivis temporibus  
„tentari minime patiantur. &c. Do-  
„tum Romæ apud sanctam Mariam Ma-  
„jorem Anno Incarnationis Domini  
„Millesimo septingentesimo quinque-  
„simo quarto decimo octavo Kalendas  
„Septembris, Pontificatus Nostri Anno  
„quarto decimo.

## §. XXV.

*Status Missionum in Indiis Orientalibus.*

Postquam Joannes I. Lusitanæ Rex in  
eunte sæculo decimo quinto barbaris  
Indiarum gentibus Crucis trophæum  
intulerat, ager ille Domiuicus per in-  
fessos veritatis Præcones eximie cul-  
tus, uberrimos fidei fructus protulit  
plurima in variis Provinciis erecta fore  
Deo

Deo Tempa, Missionariis domicilia, Sæc. XVIII.  
 plantata germina, præcipue in Insula A. C. 1741.  
 Goana, quæ partim Lusitanæ Regum  
 liberalitate, partim propria solii fertili-  
 tate, situsque opportunitate tam ferax  
 expeditionis sacræ emporium evasit, ut  
 inde Canatenses, Madurenses, Travancor-  
 corfanæ, Maïsseanæ, Ceilanæ, & aliæ  
 Missiones non modo Evangelici laboris  
 socios repetant, sed & hi potissimam  
 partem ex Goanis proventibus susten-  
 tentur. Ast Marratianorum latronum  
 rapacitas vix non amplissimas has spes  
 anno priori suffocaverat: barbaræ enim  
 hæ gentes vastissimam, quæ Goam ver-  
 sus Occasum attingit, regionem inco-  
 lunt, & nonnisi rapinis ac cædibus no-  
 tæ sunt. Amplus vero grassandi cam-  
 pus eisdem aperiebatur, postquam Ku-  
 licanus seu *Schach Nadir* in Mogoriam  
 irrupit, & cæso hostili exercitu pluri-  
 mas urbes & Provincias expugnavit, ac  
 demum in decretorio prælio victor Ma-  
 gnum Mogolis Imperatorem, occiso ejus  
 Filio, ac immensis Imperii thesauris in-  
 de reportatis captivum abduxit. Infau-  
 stam miseri hujus Imperatoris sortem &  
 ferventia contra Pro-Regem dissidia  
 Marratiani in rem suam vertunt, e suis  
 alpibus prorepunt, collectoque latronum  
 agmine in Christianas Insulas usque ad  
 oram Gangetici fluminis sese effundunt,  
 Millio-

Sæc. XVIII.  
A. C. 1741.

Missionum domicilia evertunt, omnesque Lusitanorum regionem, qua late patet, more suo immaniter devastant. Primo faustæ crudelitatis successu elant ipsam Goanam urbem cingunt, muribus machinis mœnia quatunt, totaque belli apparatu oppugnant. Nec tamen tumultuaria non minus quam iniqua hæc tenuit felicitas; quippe Lusitaniam virtuti resistendo impares, ab primis hujus anni auspiciis obsidionem solvere, & non sine magna suorum sanguine in turpi fuga salutem quærere conati sunt. Cultam equidem gentem tam inominosæ fugæ pœnituisse, & in dubio intra verecundiam ultio stetit. hi vero populi rabiem suam propriorum sanguine minime satiatam rati, & suam suam alieno Maurorum cruore extinguere decernunt. Ergo ad meretriciam plagam cruenta sua arma convertunt, Maures nil hostile suspicatos ac pene inermes obruunt, & dissipatos obvios quosque trucidant, & flumines more omnia obterentis, totam circum circa regionem latrociniis & depraedationibus exhauriunt, ferro flammisque devastant, præsertim vero furorem suum in Christianorum Tempora effundunt. Ex illis vasa sacra, omnemque apparatus aut diripiunt, aut confringunt, & quod eorum rapacitati vel minus utilis

Sæc. XVIII.  
A. C. 1741.

vel nimis grave erat, subjecto igne absumunt. Nondum tamen satis crudelitati suæ litatum existimabant, eo quod Christianorum pauci, & fidei Præconum nullus barbari furoris victima cecidisset. Hos enim jam provida fuga Barbarorum gladiis subduxerat, eorumque quatuordecim Ponticherium, Gallicam urbem ad oram Coromandelis sitam, prospero cursu erupere, alii vero in vicinis montibus & sylvis latuisse, in lucro deputarunt. Solus P. Madeira in horum vulturum ungues infelici facto incidit; hoc capto, velut opima præda læti tripudiant, ac puriori hac victima, ut Deos suos sibi indignantes placarent, in illum eo acerbius furere statuunt, quo firmiter sibi persuasum habebant, hunc Virum eo fine relictum, ut reconditas ceterorum Patrum opes ac thesauros custodiret. Fit ergo in eum impetus, jubent defossas divitias in lucem proferre, rati summi nominis Viro grandem fore pecuniam, itidem ut pietatem: sed ille spes suas suorumque opes Cælo reconditas haberi constanter respondet, ac se lubenter, si tamen vellent, viam ad æternos thesauros monstraturum pollicetur: hi vero monitum aspernati urgent, instantque, ut Missionariorum, qui metu profugerant, relictas opes sine verborum ambage, sine

ne

Sæc. XVIII  
A. C. 1741.

ne omni mora proderet, alioquin mori  
pertinaciam silentii exquisitis se tormen-  
tis vindicatu-ros. Nihil ad has mira-  
cohorrescens Madeira, mira man-  
tutine reposuit, Dei Famulis non aliud  
esse divitias, quam paupertatem, non  
aliam patriam quam exilium, non aliud  
domum, quam sepulcrum. Sic pie de-  
lusa avaritia Latronum ferociae con-  
admovit faces; igitur in rabiem  
corpus innocui hujus Patris crudeliter  
in modum fustibus contundunt, & in  
minudum collo ac pedibus ad pul-  
confringunt, ubi ardentissimis Solis  
diis exposito per plures dies pauxillum  
oryzæ præbent, non ut is famem en-  
gueret, sed ut retardata morte duri-  
nior sæviorque esset cruciatus. Ceterum  
autem hisce tormentis superior  
Missionarii constantia, ejus discipuli  
adigunt, ut collectis pecuniis Magistrum  
suum redimerent: ast ne hæc quædam  
violen- tia illis profuit, unde aurum  
ro extorqueri posse diffisi, ignem quo-  
que admovent; ingentem ergo ligno-  
rum struem incendunt, & ferream  
lam cassidemque improbo hoc con-  
superponunt, ut Verbi Divini inter-  
tem in candefactum sedile intorqueant  
ejusque caput ignita casside cruciatur.  
Horum tamen latronum Princeps ce-  
ris minus crudelis suos ab hujus

Sæc. XVIII.  
A. C. 1741.

ficinæ executione avertit, gravibus ver-  
bis exponens, Deum, quem hic miser  
adoraret, esse terribilem, hujus cru-  
ciatus ad Eum vindictam clamatorios,  
tantique Numinis iram mox eorum ca-  
pitibus incubituram &c. His territi  
latrones, Missionario abeundi copiam  
fecere, quin tamen a cruentis suis gra-  
sationibus desisterent; præterquam e-  
nim, quod omnes Europæorum terras  
per universam Coromandelis oram sua  
ferocia emetirentur, insuper, quod pla-  
ne omni crudelitate crudelius erat, te-  
nellos infantes secum ad suas speluncas  
abstraxerunt, sine omni eorum noxa abs-  
dubio libertate, patria, & æterna sa-  
lute privandos. Nec tamen omnino in-  
ulta permansit eorum nequitia; quippe  
Azefia Mogolitani Imperii Pro Rex cum  
valido exercitu in eorum regionem ir-  
rupit, & inhumanis illorum prædatio-  
nibus frænum injecit.

## §. XXVI.

*Jacobi Lanfredini Cardinalis obitus.*

Luxerat hoc anno sacrum Purpurati  
Senatus Collegium mortem quin-  
que Cardinalium. Hos inter primus  
erat Jacobus Lanfredinius, qui patria  
Florentinus ex Laurentio Patritio &  
Constantia Zoti Parentibus die vigesi-  
ma

*Hist. Eccles. Tom. LXXVII.*

F f ma